

## Werk

**Titel:** Tobiae Pfanneri, De Catechumenis antiquae Ecclesiae Liber  
**Autor:** Pfanner, Tobias  
**Verlag:** Boetius; Litteris Mullerianis  
**Ort:** Gotha; Francofurti; Vinariae  
**Jahr:** 1688  
**Kollektion:** VD17-Mainstream  
**Digitalisiert:** Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
**Werk Id:** PPN740847600  
**PURL:** <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN740847600>  
**OPAC:** <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=740847600>  
**LOG Id:** LOG\_0008  
**LOG Titel:** Caput II. De Discrimine Fidelium atque Catechumenorum reali  
**LOG Typ:** chapter

## Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

## Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen  
Georg-August-Universität Göttingen  
Platz der Göttinger Sieben 1  
37073 Göttingen  
Germany  
Email: [gdz@sub.uni-goettingen.de](mailto:gdz@sub.uni-goettingen.de)

euram, fidemque in sese desiderari paterentur; puellis ad eam aetatem proiectis, qua conjugalis patientia legem possent accipere, ex publica pecunia dotem adsignarent, si non aliunde suppeteret, obvios in osculum applicarent, fraternum denique affectum, mutua salutatione, gratulatione & quibus poterant officiis testarentur. Atque illud est, quod Tertullianus ait, eos qui suo merito Ecclesiae sociate exciderant, ab omnicommutatione Fraternitatis arceri.

*Tert ad uxor. lib. II. c. 3.*

## CAPUT II.

De

# Discrimine Fidelium atque Catechumenorum reali.

I.

**N**EQUE verò, ut unde paulum digressi sumus revertamur, nominis id tantum discriminem aut præ-

ro-

**B. Ru-** rogativa erat. Uti titulo ita Lo-  
**dolph.** eo, pariter, atque Jure discreti à  
**Hospit.** Fidelibus Catechumeni agebant,  
**de Tēpl.** Loco, inquam, quem à Fidelibus  
**Chrīst.** feorsum capiebant, admixtis Pe-  
**L. II. c.** nitentibus, qui criminibus suis or-  
**1. infin.** Gabr. dine Fidelium moti, capitisque in  
**Albāff.** Ecclesia diminutionem passi ad  
**II. Ob-** Catechumenorum sortem recide-  
**serb.**

**XXIV.** tant. Id ut melius intelligatur,  
**n. 4.** & sciendum, ex tribus partibus Basili-  
**seqq.** & cas five Templa (quod equidem  
**Not. in** nomē ægrius ferebit primorum se-  
**Tertull.** culorum Ecclesia) Christianorum,  
**de Pra-** scriptu composita fuisse. Interiorem atque  
**c. 41.** dignissimam Chorus five Sanctua-  
**Tim.** rium, altera Gremium, extre-  
**Gesel.** mam denique Porticus occupabat;  
**Histor.** Eccles. In hanc Catechumeni atque Pæni-  
**Eccles.** Part. I.

**p. 410.** Joachim. [Hildebrand. de Vet. Sacr. &  
**templ.** cap. 2. sub loco. Templor. Structur. Ve-  
**ftib.** Johann. Arnd. Lex. Antiqu. Eccles. loc.  
**Templor.** Fabric. p. 1187. seq. J. H. Blum. ap.  
**Jo.** Dalla. de Culib' Lavin, relig. Lib. 8. c. 30,  
**p. 1150.**

tentes, & si quibus ex Judæis, Pa-  
ganis, aut hæreticis, sacris, quan-  
tum licebat, interesse luberet, con-  
jecti. Inde loco *Catechumenii* no-  
men. Indicat id locorum discri-  
men atque designat apertè satis  
Gregorius Nyssenus, qui frequen- *Gregor.*  
tiam Auditorum hactenus, ut vi- *Nyssen.*  
detur, segniorum collaudans, in 814. de  
ipso sermonis exordio, *Nunc agno-* *S. Ba-*  
*scō, inquit, meum gregem, hodie vi-* *ptismō.*  
deo formam Ecclesiæ consuetam,  
quando iusta plenitudine ad cultum  
Dei concurreris: atque adem qui-  
dem populus angustam reddit, intra  
sacra adyta penetrans & irrumpens,  
quotquot autem ab iis, qui intus  
sunt, non admittuntur, apum in mo-  
dum locum externum investibulis  
implent. Nam apum aliæ quidem  
intus in opere occupatae sunt; aliæ  
verò foris alveare circum strebunt. *Greg.*  
*Obscurius, & alludens tantum eō* *Naz. d.*  
*Gregorius Nazianzenus, & ws ei,* *Orat. ius.*  
*S. Bapt.*

Ca- p. 647z

Catechumenis loquitur, ad Bapti-  
fum tardioribus, Κατηχύνε-  
νται, ἐν τοῖς Γράμμασι τῆς Ορθοδοξίας.  
Εἰπογένεται τοδε, τὸν αὐλόν Δαβὶ-  
δον. Quamdiu in Catechumeno-  
rum numero es, in pietatis, vestibulo  
es; Intrare te oportet, atrium per-  
transire. Et Cyrillus quodam ad  
*Catech.* illuminandos s. Baptizandos ser-  
*Illum. 3.* mone, Utinam verò liceat vobis om-  
*sub princ.* nibus audire: EUGE SERVE BONE---  
INGREDERE IN GAUDIUM DOMINI  
tui. Hactenus enim foris stetisti.  
Et citatâ supra Præfatione ad  
Eosdem: Catechumenus vocabaris,  
foris subsistens. Atque huc etiam,  
*Orig. in* nisi fallor, respexit Origines, Et  
*Marth.* quum videris, inquiens, infrequen-  
*XV. 30.* tia, qua verbo usitatiore dicitur Ec-  
*31. Tom* clesia, projectos post extremos Ec-  
*2. p. 30.* clesiae, velut ad pedes Ecclesiae, qua  
est corpus Jesu, Catechumenos &c.  
Et pertinent huc Canones, quibus  
in-

inter Catechumenos stare, & cum  
iis orare, Pænitentibus injungitur.  
De quo plura inferius memorandi  
locus erit.

II. Nōmine atque loco diver-  
sos non eadem conditione uti, con-  
sentaneum erat. Ideo quippe et-  
iam loco discreti, quod Jure in  
æquales degerent. Hujus nobilis-  
simam partem constituebat Eucha-  
ristiæ usus, quo adeò prohibiti Ca-  
techumi, (neque admitti fas fue-  
rat,) ut ne oculis quidem usurpare  
licuerit, quando ista inchoaretur,  
discedere jussis. Notissima, etiam  
in vulgus ferè, est ista Catechume-  
norum, quam vocant, *Missa*, cùm  
finito sacro sermone, atque Fideli-  
bus ad sacras epulas sese accingen-  
tibus, Diaconus illud, *Ite Catechu-*  
*meni, Missa est, inclamaret.* Quo stian.c.  
audito, illicè è sacro Coetu sese  
proripere necessum his erat, nî in  
sacra mysteria parùm religiosi vi-  
deri 40. 41.

Chr.

Chr.

Sand.

debet.

script.

Eccles.

p. 10. B.

Rhen. in

in Ter-

tull. de.

Cor mil

verb.

Eucha-

ristiæ

saeram.

p. 40. 41.

Kortb.

d. Ca-

lumn.

Pagan.

in Chri-

17. C.

Zieg.

d. Diac.

c. 8. 5.

Expos. deri vellent. Missa videlicet, ut  
 Miss. ex Isidoro docet Remigius Anti-  
 subpr. siodorensis, ab emitendo dicta est.  
 Bibl. P. Tempore enim, ut Etymologiarum  
 P. Tom. 6. add. rationem aliquanto pluribus Re-  
 Flor. migius explicat, quo Sacerdos inci-  
 Expos. pit consecnare corpus Dominicum,  
 Miss. in dicendum est à Diacono post Evan-  
 fn. Cas- gelium: si quis Catechumenus est,  
 sand. Consult. procedat foras, & quia tunc emit-  
 art. 24. tuntur Catechumi ab Ecclesia, qui  
 p. 261. non debent interesse sacris mysteriis,  
 eò quod nondum sunt perfecti, ideo  
 dicitur Missa ab emitenda. Atque  
 ipse in fine Expositionis sua, occa-  
 sione sermonis de Missa Fidelium,  
 peractis sacris dimissorum, ista re-  
 petens: Missa igitur nihil aliud in-  
 telligitur quam Dimissio, id est, ab-  
 solutio -- Unde & Missam Catechu-  
 menorum Canones dicunt, quando  
 post Evangelii lectionem incipiunt ce-  
 lebrari sacra mysteria, quibus nullum  
 nisi baptismi fonte regeneratum in-

teresse licet. Tunc enim clamante Diacono, Catechumeni mittebantur, id est, dimittebantur foras, &c. Meminit hujus Missæ nominatim Au- Tom. X.  
 gustinus, quando Auditores suos de  
 sacram cœnam adituros hortatur, Tempore  
 ut positis erga quoscunque odiis, serm.  
 neque alio quam mutuæ charitatis 237.  
 fervore invicem accensi accede-  
 rent, Ecce, inquiens, post sermonem apud  
 fit Missa Catechumenorum, Mane- Hartm.  
 bunt Fideles. Venietur ad locum  
 orationis. Scitis, quò accessū su- Concil.  
 mus. Concilii Herdensis Canone Tom. 3.  
 quinto eos, qui se incestu polluis. Period.  
 sent, usque ad Missam tantum Cate- 3. Peric.  
 chumenorum in Ecclesia admitti, decernitur. Meminit ejusdem 6. Di-  
 Maximus Monachus: Post divi- atr. 4.  
 nam, dicens, Sancti Evangelii le- P. 640.  
 Etionem, quando Pontifex descendit  
 de sede, & Catechumenorum & re- de Ec-  
 liquorum, qui divina ostendendorum celest.  
 sacramentorum contemplatione indi- Myst. e.  
 15. Bibl.  
 gni P. P.

col. 177.

Et c. 20. gnis sunt, fit per sacros ministros di-  
 col. 183. missio & ejectio; mystagogico sen-  
 Aliter su id ita explicans, ut mundi, post  
 Germ. prædicatum toto orbe Evange-  
 Patri- lium, finem, & improborum à piis  
 arch. segregationem eâ significari velit,  
 Con- Antiquissimum, si titulo creden-  
 stanti- dum foret, hujus rei extaret præ-  
 n. op. Receptum in Apostolicis, quod no-  
 cles. men præ se ferunt, Constitutioni-  
 Theor. col. 156. bus, ubi Jacobus jubet, ut ante  
 Constit. quām mysterium cœptetur, Dia-  
 Apost. conus dicat, Nullus Catechumenus,  
 VIII. 15. Nullus Auditor &c. Qui primam  
     omitionem perfecisti, discedite; At-  
 Liturg. que ex hoc more in Liturgia, quæ  
 S. Jac. perhibetur S. Jacobi, Diaconus,  
 Bibl. instante sacro: Nullus, infit, Cate-  
 PP. chumenorum, nullus eorum qui non  
 d. Tom. 6. col. dum initiati sunt ad sacra--ingre-  
 s. D. diatur. Recognoscite vos invicem.  
 Liturg. Et in Liturgia S. Marci, Diaconus  
 S. Marc. itidem, Videte, præcipit, ne quis Ca-  
 col. 23. tecchumenorum (sc. remaneat) Jux-  
 st. ta

ta Canonem Æthiopum Dia- *Mig.*  
 nus, finito à Sacerdote Evangelio, *Æthi-*  
*Ite,* clamat. Apud Timotheum *op. col.*  
 Alexandrinum in divina oblatio- *73. C.*  
 ne Diaconus ante salutationem, *Tim.*  
 præfatur: *Qui non communicatis,* *Alex.*  
*ambulate;* quod idem Balsamoni  
 est, ac, *Catechumeni exite.* Ita &  
 recensente Hierarchiæ Ecclesiasti-  
 cæ scriptore, post recitatam divi-  
 nam scripturam, *Ἐξω γίγνονται* *Dionys.*  
*τῆς ἡρῷς περιοχῆς οἱ πατηχόμενοι,* *Hie-*  
*καὶ πέος αὐτοῖς οἱ τυρεγύρμενοι, καὶ οἱ Eccles.*  
*ἐν μετενοίᾳ ὄντες, μένοσι δὲ οἱ τῆς τοῦ*  
*Θεοῦ ἐποιήσας καὶ κονωνίδες αἴγιοι.*  
 Extrm delibrum Catechumeni sunt,  
 Et cum ipsis energumeni, Et hi qui in  
 pœnitentia sunt; manent autem in  
 tuis soli, qui divina spectare meren-  
 tur atque accipere. Idque subjuncta  
 Ἰερωπίᾳ iterans cum Catechume-  
 nis Lectionis sacræ copiam fieri di-  
 xisset, εἰς δὲ περgit, τὰς ἐξῆς ἡρῷ-

γιας καὶ θεωρίας, ἐς συγκαλεῖται  
 τότες, ἀλλὰ τότε τελείωσι τῶν τελε-  
 ργῶν οὐδαλμάς. Adeo verò, quae  
 deinceps in hostie salutaris oblatio-  
 ne geruntur, contuenda, non hospita-  
 nè, sed perfectos, & tantæ rei digno-  
 rum admittit obtutus, adjecta ra-  
 tione, quam rectè scil. justèque id  
 fiat, ὃς γὰρ inquiens, ἔθεοιδης  
 ἴεραρχία, δικαιοσύνης λέγεις ἀνά-  
 πλεως. Καὶ τὸ κατ' αἰχιαν ἐκάστῳ  
 σωτηρίους διπλέους τὸν ἐναρμόνιον  
 τῶν θεῶν μέτεξιν. ēν συμμετρίᾳ  
 καὶ ἀναλογίᾳ, κατὸν καὶ εργοῦ λέγως  
 δωρεψυλόη. Est enim sacerordo san-  
 ctæ iustitiae plenus, & unicuique pro  
 meritis digna salubriter dividit, con-  
 gruam singulis divinariam rerum  
 participationem (juxta illorum mo-  
 dum & rationem,) suo tempore sa-  
 cratus largiens. Idque proprius ex  
 statu atque conditione ipsorum de-  
 monstraturus, Extremus igitur, dis-  
 se-

ferendo progreditur. Catechumenis  
ordo tribuitur, sunt enim nullius per-  
ficientis mysterii participes aut eru-  
diti, carentque divinæ formationis  
piæ substantiâ, patrumque adhuc so-  
lis foventur eloquiis, formisque vivi-  
ficiis ad divinā illam vitæ ac lucis au-  
torem. Et beatam, quæ ex divina rege-  
neratione provenit, effinguntur vitam.

Quæ ibi plurib⁹ Idem persequitur.  
Atque hinc Augustinus Christi ver- August.  
ba de mandatione carnis suæ ex- Tom. 2.  
plicaturus, post recitata ea à Leo- de  
re, Qui audistis hec, præfatur, nondū Verbo  
omnes intellexistis. Qui enim ba- Tome  
ptizati Et Fideles estis, quid dixerit, 46. sub- serm.  
nostis. Qui autem inter eos Cate- 46.  
chumeni vel Audientes vocantur, sub  
potuerunt esse Audientes, nunquid Et serm.  
Intelligentes? Atque inde ad ipsos 46.  
hos, Audientes videlicet, conver- sub  
sat, Quid enim dixit Dn. Iesus, jam serm.  
Fideles neverunt. Tu autem Cate- 46.  
chumenus diceris, Audiens Et sur- serm.

dus. Parum de Sacramento isto, utcumque auditu percepto eos intelligere posse innuens, quibus in rem præsentem haud venire licet, ad sensum surdis, neque quicquam fermè præter verborum sonum audentibus. Eodem spectant ejusdem, supra citata verba: *Quæris, dicentis, ne forte Catechumenus sit & irruat in Sacramentis?* Immodestum atque irreligiosum futurum significans, si quis Catechumenatu nondum defunctus ad tantum mysterium intuitu suo temerandum proruere sustineret. Innuit

*Gregor. Naz. Omnes. 40. p. 647.* idem Gregorius Nazianzenus, qui Catechumenum in pietatis vestibulo stantem, ultra gradum promovere, stimulaturus; Εἰσω, ait, γενιάθα σεδεῖ---, τὰ ἄγια κατοπλεύσαι, εἰς τὰ ἄγια τῶν ἀγίων φέρει ψυχή. Intrare te oportet---Santa concueri, in Santa Sanctorum pro-  
βη-

*hicere.* Quibus equidem verbis sacratissimum istud Eucharistiae mystrium denotari haud obscurum esse potest. Atq; hinc quoq; ista cautio loquendi, qua venerandum illud fidei nostrae arcanum designaturus

Augustinus eo verborum circuitu effert, ut *Id*, appellat, *quod norunt Fideles*, ceteris nempe cunctis, adeoque & Catechumenis non nisi qualicunque auditu compertum. Quam in rem, alibi laudatissimi Scriptoris loca satis multa congesimus. Eumque in modum etiam Chrysostomus, cum cognitioni atque benevolentiae hominum inter se sancienda commendandae que, prater communem istam toti mortalium generi mensam, terram videlicet, etiam aliam longe praestantiorum, Coenæ nimirum Dominicæ, à Deo instructam dixisset, ἵστων, adjicit, οἱ συμμῖσθαι τὸ λεγόμενον. *Quid dixerim, ii norunt,*

*System.**Theol.**Gentil.**purior.**Cap. I.**s. ult. G**Add.**ad d. cō**s. 94**Chrys-**ost.**Marij,**Homi-**15 sub-**fīc.*

Cyril. qui sacris iniciati sunt. Et respexit  
 Cat. huic Cyrillus, ad Competentem,  
 sch. 13. Si te, inquietus, Dominus dignatus  
 sol. 137. fuerit, in posterum cognosces, quod  
 Corpus ipsius secundum Evangelium  
 typū ferebat panis. (commodius di-  
 xisset, panē typum ferre corporis)  
 Et verò hoc sese argumento tuetur  
 Athanasius contra adversariorum  
 calumnias, Macarium Athanasii  
 Presbyterum in istius invidiam  
 eversæ aræ contractaque calicis ac-  
 cusantium, quod Catechumenis  
 eo tempore, quo id factum isti ar-  
 guebant, loco illo morantibus,  
 consequens esset, S. Cœnam cele-  
 bratam non fuisse, cui interesse  
 Athan-  
 as.  
 Apol. 2. Catechumeno nefas habebatur,  
 Ita nempe, ut hæc ex Apologia il-  
 de Eniga lius verba, alibi quoque prolata,  
 suap. huc repetamus, sive Athanasius,  
 582. E. sive Athanasii nomine Julius,  
 dit. Episcopus Romanus: πῶς οἴτη  
 Com- melin. ἦν τοσφοργὴ μεκενᾶς, ἐνδο  
 γε

σύνταγτῶν κατηχθμένων. εἰ γὰρ ἔνδος  
ἥσαν οἱ κατηχθμένοι, ὅποι ἦν ὁ καιρὸς  
τῆς προσφορᾶς. *Quomodo obla-* Tertull.  
*tio proponi potuerat, cum intus Ca-* de Prae-  
*techumeni versarentur, quibus intus script.*  
adhuc agentibus, tempus oblationis adverſ.  
nondum esse potuit? Atque hinc bares.  
Marcionitis aliisque hereticis Ter. c. 41.  
tullianus, & post hunc Epiphanius ubi Al-  
exprobrant, quod sacris suis Cate- p. 641.  
chumenos adesse paterentur. Ne Epiph.  
mo enim, quæ Ambrosii s. observa- ber. 42.  
tio sive regula est, nisi qui signatu Am-  
lum spirituale vel custodierit, vel Com- broſ.  
recepere, Sacramentis debet inter- ment.  
esse celestibus. in Luc.  
Lib.

III. Quò verò securius myste- VII. c.  
rī celebrationē fungerentur, sub- 15. Tom.  
motis Catechumenis, & qui pari 2.p.714.  
hīs conditione habebantur, etiam  
fores adductæ, quando Eucharistia  
coepitabatur, arcendo curioso-  
rum, si qui oculos tanto mysterio

immittere auderent, adspectui. Te-  
 in statur id aperte Chrysostomus, in-  
 Matth. ter alia quibus divina mysteria,  
 homil. non omnibus propalanda docet.,  
 24. p. 236. οὐ γὰρ, inquiens, τὰ μυστήρια  
 τοῦτο τὰς Γεγενέας κλεῖσαντες, ὅπιτε-  
 λεγουσιν, οὐ τὰς ἀμυνήτας ἐπρύγομεν.  
 Nam τὰ mysteria ideo clausis  
 januis celebramus, τοὺς, qui non-  
 dum initiati sunt, adesse prohi-  
 bemus, &c. Innuit eundem mo-  
 rem idem, qui eò jam morum im-  
 probitatem etiam inter Fideles in-  
 Matth. Homil. valuisse conquerens, ut difficile  
 4. (p. 36.) sit, si vitam inspicias, discriminē  
 st̄tingveres, πλὴν, subjicit, εἴτις  
 κατὰ τὸν ναϊδὸν ὅπισται τῶν μυστη-  
 ρίων; οὐδὲ τὰς μὲν ἐμβαλλομένας  
 τὰς δὲ ἐνδον μένοντας. Solo enim hoc  
 celebrandi mysterii tempore dignosci  
 potest, cùm videlicet alios exclu-  
 di

di videris, alios verò intus teneri.  
Quin expressa eam in rem Aposto- *Confit.*  
lorum, si credere lubet, extat con- *Apost.*  
stitutio: *Custodian tur portæ,* (dum: *Il. 61.*  
videlicet Eucharistia celebratur,) *in fin.*  
*ne quis in fidelis, vel nondum initia-*  
*tus ingrediatur.* Ita apud Areo-  
pagitam post dimissos Catechume- *Hier.*  
nos, ministrorum aliis alia agenti- *Ecclef.*  
bus, quidam eorum pro clausis *do. c. 24.*  
templi foribus adstant, arcendis  
videlicet cohibendisque, quos my-  
steriis interesse, nefas ducebant.  
Adhanc consuetudinem eleganter  
alludit, quem jàm laudavi, Chry- *Chry-*  
sostomus, qui liberalitatem in pau- *soft. bo-*  
peres ita exercendam monens, ne *mil. 72.*  
ostentui facta videatur, quam se- *sub fin.*  
cretè ea habenda sit, aliquo simili  
declaraturus, *κλείσοντος*, dicit, *τοι-*  
*νυνὶς θύεας, οὐ ποτέ τινα ἀπερ-*  
*θηδεῖται στόματις.* Eleemosyna my-  
sterium est: concludenda igitur ja-  
nus

nus sunt, ne quis aspiciat, quâ videre nefas est. Et paulò post, cùm ex Eucharistia quædam misericordiæ atque charitatis argumenta retulisset, præceptum suum iterans  
 καὶ σὺ τοῖνυν, jubet, ἐξ δύναμις τὴν  
 σὴν ἐλεῶν ἀπόκλησον τὴν Θύεαν, ἀν-  
 τὸς ἐλεύμενοῦ ιδετῷ μόνον. Qua-  
 re tu quoq; cùm eleemosynam erogas,  
 januas clande, ipse qui recipit, solus  
 conscientius sit. Et retentum id suo ad-

*Maxi-*  
*mus d.*  
*er. c. 16.*

huc tempore, ostendit Maximus supra citatus, ita illud interpre-  
 tans, ut clausis post istam Catechu-  
 menorum ejectionem toribus re-  
 rum materialium (ita ille loqui-  
 tur,) transitum, & proborum post  
 illam segregationem in regnum  
 cœleste ingressum designari adno-  
 tet. Tantâ curâ solertiâque à my-  
 sterii hujus contuitu Catechumeni  
 prohibebantur.

*Alba-*  
*fin. 2,*

VI. Istud, antequam hinc abea-  
 mus, adnotandum, quod Albaspi-  
 nax

næus observat, atque quodam ca- Obserb.  
none se compertisse dicit, si cui con- 2. n. 8.  
tigisset Catechumeno, casu aliquo ⌈ ad  
sacrificiis interesse, aut eorum ad- Concil.  
spectu frui, eum protinus, etiam Car-  
Catechumenatu nondum expleto, thag. 4.  
& vix forsan cœpto, sacro fonte  
abluendum fuisse: Quo canone  
nescio, (mihi enim talis hactenus,  
quod meminerim, non occurrit,) Can. 78.  
an istud Timothei Alexandrini Re- Timoth.  
sponsum, etiam Photio allegatum Alex.  
in animo habuerit Albaspinæus,  
quo ad quæstionem, si puellus Ca- Inter-  
techumenus----vel homo etiam per- rog. 1.  
fectus, dum fieret oblatio, opportunè Bibl.  
ad fuerit, ejusque nescius, (igno- PP.  
rans nempe, ut Balsamo explicat,  
se non debere participare, ante- Tom.  
quam sit baptizatus,) particeps fa- 6. col.  
ctus sit, quid debeat de eo fieri? re- 613.  
spondet, Debere illuminari (Bap- Phot.  
tismo nimirum, ut iterum Balsa- IV. ult.  
mo,) adjecta ratione: à Deo enim

vocatum esse. Dignum scilicet Baptismi gratiâ ipsius Dei iudicio monstratum putabant, cui id beneficij forte obvenerat, ut tanto sacrificio, absq; curiositatis crimine interesset. Quanquam participacionem istam non tam oculis, quam solam intelligere videtur Albaspinæus, quam ore factam, ipsa tām Timothei quām Balsamonis verba significare videantur. Id quod firmatur Lege illa ut perhibent,

*Constit.* Apostolica, qua post intentatas de.  
*Apost.* nunciatasque iis judicii divini minas, si qui non initiatati Eucharistiae obrepere ausi fuissent, si adjicitur, quis per imprudentiam perceperit, eum subito institutum initiate, ne contemtor exeat.

V. Ceterum quando id institutum, sacramenta Catechumenos celandi cæperit, pronunciare arduum. Justini M. ætate nondum fuisse Albaspinæus atque Joach. Ach.

Hil.

Hildebrandus observant. Joh.<sup>\*</sup> Hil.  
 Dallæus quarto demum seculo id  
 cæpisse arbitratur. Neque, quam-  
 diu duraverit, definire ausim. Suo <sup>debr. de  
bet. saer. c. I. Job.</sup>  
 certè tempore dadum in usu esse <sup>Dall. de</sup>  
 desiisse, Micrologi, uti incerti qui-  
 dem nominis, ita neque adeò certæ <sup>Cul-  
tib. La-</sup>  
 extatis, Auctor innuit, Sciendum est <sup>tin. re-  
lig. Lib.</sup>  
 autem, inquiens, juxta antiquos <sup>VIII. c.</sup>  
 Patres, quod soli communicantes di- <sup>23. p.</sup>  
 vinis mysteriis interesse conservaverunt, <sup>11130</sup>  
 unde & ante oblationem juxta Ca- <sup>Microl.</sup>  
 nones jubebantur exire Catechumeni  
 & Pœnitentes, &c. Ita de re loqui-  
 tur, ut ab usu ævi sui satis remota,  
 & cuius vestigia non nisi in anti-  
 quis Patrum scriptis Canonibus-  
 que extarent. Atque ad eundem  
 modum Remigius Antisiodorensis <sup>Remig.</sup>  
 seculi noni jam extremi Scriptor, <sup>d. Ex-  
pos.</sup>  
 occasione Missæ Fidelium etiam <sup>Miss.</sup>  
 Missæ Catechumenorum mentionem faciens, iis verbis utitur, ut  
 tanquam de re antiqua atque obso-  
 leta

Ieta à se agi non obscure significet. Unde, (Etymologiam vocabuli Missæ proximè tradiderat,) & *Missam*, ait, *Catechumenorum Canoness dicunt, quando Es.* Tunc enim clamante Diacono Catechumeni mittebantur, id est, dimittebantur foras. *Missa ergo Catechumenorum fiebat ante actionem Sacramentorum: Missa Fidelium fit post confessionem & participationem eorumdem.* De Missa Catechumenorum *Mittebantur, dicit, Dimittebantur, Fiebat.* De Missa Fidelium, *Fit,* ait Remigius. Eo nempe discrimine, ut ista quondam fieri solita, at hæc præsenti adhuc usu retenta, apertè satis declareret. Et vero simile est, consumpto fermè Paganismo, adeòque rarescente in dies eorum numero, qui in Gentilismo geniti Religioni Christianæ nomen darent, plerisque in ipsa Ecclesia natis, hunc simul morem paulatim,

quæ

quæ talium indeoles est, & desvetu-  
dine quadam exolevisse. Quam-  
vis id in universum asserere yetet  
Nicolaus Cabasilas, Thessaloniken- Cabas-  
sium seculis modò abhinc tribus sil. Li-  
Antistes, ordinem modumque di- turg.  
vini cultûs, & Diaconi præsertim Exbos.  
in obeundo isto partes commemo- Bibl.  
rans : *Ad sacrificium jam autem Tom. 6.*  
*processurus, cui nefas est interesse Col. 13.*  
*eos, qui non sunt mysteriis initiati,*  
*quos nos Catechumenos adhuc voca-*  
*mus, quod ad auditionem usque &*  
*quantum doctrina solum licuit, Chri-*  
*stianismum susceperunt, eos ejicit ex*  
*choro fidelium. Et retinuere for-*  
*san morem majorum etiam recen-*  
*tioris ævi Ecclesiæ, Muhammeda-*  
*nis, Judæis, gentilibusve permix-*  
*tæ, quarum ideo major in dignitate*  
*factorum mysteriorum ab istorum*  
*calumniis atque ludibriis tuenda*  
*cura atque industria erat.*

VI. Neque tamen dissimulan-  
dum,

dum, Catechumenis quoque, quamquam à sacris epulis procul habebantur, concessa tamen fuisse quædam eorum velut simulacra, quibus egestatem suam solarentur, atque ut tanquam gradu aliquo prægustuque Eucharistiæ paulatim adsuescerent, eo interim sacramentorum genere nutriendi, quod infantiae ipsorum congrue-

<sup>z. Ob.</sup> ret. *Quamvis enim, ut eleganter*  
<sup>serb.</sup> *Albaspinæus, corporis Christi per-*  
<sup>ult. n. i.</sup> *fæcta illi & formata membra non*  
*erant, utcunque tamen ei adhære-*  
*bant, Christianitatisque Spiritum*  
*quodammodo ducere incipiebant,*  
*Quare ne succi inopiâ deficerent &*  
*fatiſcerent, lactis & ſalís mysteriis*

<sup>z. Ob.</sup> *alendi cūnt & pascendi. Est locus*  
<sup>ſerb. 35.</sup> *apud Augustinum, (quem etiam*  
*& Not. ab Albaspinæo, at perperam, niſiis*  
<sup>in Can.</sup> *fortè Librarii error est, allegatum*  
<sup>z. Con-</sup> *deprehendimus,) ubi moris ejus*  
<sup>cil. Ear.</sup> *expressa extant vestigia. Ita vero*  
<sup>thag. 3.</sup> *(p. 412.)*

ve-

venerandus Scriptor: Et Catechumenos secundum quendam modum Auguſt. de Pec-  
ſuum per ſignum Christi & oratio- rit. &  
nem manūs impositionis puto sancti-remiſſ. ſicari, & quod accipiunt, quamvis Lib. 2.  
non sit corpus Christi, ſanctum eſt ta- c. 26. Mart.  
men & sanctius quām cibi, quibus Chemn.  
alimus, quoniam Sacramentum eſt. Exam.  
Non id quidem ſacrum corpus, Concil.  
ſanctum tamen quid & ſupra com- Trid. P.  
munem cibi modum, Sacramen- 2. de Sa-  
tum denique aliquod eſſe, Augu- numer.  
ſtinus dicit, quod Catechumenis p. 202.  
sum porrigere Ecclesia fveverit. Albaſp.  
Fuiſſe igitur tale quid nemo ambi- d. obſ. 32  
get. Quid aut quale fuerit, diſce- cap. 41.  
ptatur. Sunt qui ex benedicto Joach.  
Eucharistiæ pane aliquas reliquias Hild. de  
in illorum uſum cesiſſe, existi- art. bet.  
ment. At id quām malē, non uno morat.  
argumento Albaſpinæus demon- cap. 5. 12 Arnd.  
ſtrat. Alii melius ad Salem id re- Lex.  
ferunt, quo Catechumenos festis Antiq.  
diebus tanquam conditos fuſſe, Eccl. Soc.  
re. Cœn.  
Dom. 5.  
27. 2. 151

rerum Ecclesiasticarum monumen-  
ta testantur. Extat inter Decreta

**Can. 5.** Concilii Hipponeñsis (Cathagi-  
**Concil.** nense tertium appellat Albaspi-  
**Hippon.** naeus) Canon, quo statuitur, *Ut et-*  
*ad d* *iam per solennissimos Pachales dies*  
**Tom. illi** *Sacramentum Catechumenis non de-*  
**Period.** *tur, nisi solitum sal: quia si Fideles*  
**Peric. 4** *per illos dies Sacramentum non mu-*  
**Diatr.** *tant, nec Catechumenis oportere mu-*  
*229. p.* *tarri. Eum ita interpretatur erudi-*  
*357.* *tissimus Albaspinæus, ut cùm ex*  
*pane, vino, oleo, melle, lacte, si-*  
*milibusque, alendo atque reficien-*  
*do homini idoneis, oblationes à*  
*Fidelibus fierent, eaque ipsa sacra-*  
*menta suo quodam modo à priscis*  
*Ecclesiæ Patribus vocarentur, ex*  
*quibus partes quædam benedictæ*  
*atque à singulis Fidelium deliba-*  
*tæ, speciem aliquam communionis*  
*repræsentarent, Catechumenis*  
*quoq; minuta illa ut Albaspinæus*  
*appellat, Sacra menta, mel nimirum,*  
*lac,*

Iac, salem, & si quæ alia hujusmodi, communicata fuisse, quò vindelicet hoc veluti pabulo spirituallis eorum vita & exordiens cum Ecclesia communio augegetur fovereturque, non opportunius alenda, quam eis ex rebus, quæ cum Sacramentis Fidelium aliquid commune haberent, & cum quibus verum Christi corpus degustasse atque prælibasse videri possent. Cùm enim ex Oblationibus istis Eucharistia conficeretur, Fidelibus quidem propria, ei velut communicantium speciem, præbuuisse, qui partem ex iisdem, licet alio modo, tulissent. Quoniam verò per Paschales istos dies præter vinum & panem nihil offerebatur, sale ante dies istos oblato illos contentos voluisse Patres, facilius nempe, ac mel aut lac, in istum usum, asseruando. Atque hoc esse, quòd Fideles Sacramen-

ta per illos dies non mutare dicantur, quod scilicet neque mel, neque lac, neque etiam sal, neque simile quidquam, quod in Sacramentum pro Catechumenis consecraretur, nihil denique praeter panem & vinum offerretur a Fidelibus, adeoque hi Sacra menta oblationesque non mutarent. Hinc praeter sal nihil superfluisse, quod apud istos Sacramenti vicem subi eret. Quæ ut pleraque non spernenda, ita eodem, aliâ tamen viâ, commodi perveniri posse arbitramur, si dicamus, eam sive Carthaginensium sive Hippone nesum Patrum mentem fuisse; Quoniam Fideles etiam solennissimis istis diebus non alia, quâ consueta ista, Christi corporis sanguinis que Sacra menta perciperent, etiam Catechumenis sufficere debere, si & ipsi iisdem Sacramentorum imitamentis per festa illa fruerentur, quæ aliis Synaxeon die;

diebus accipiebant. Cùm verò præter panem & vinum nihil per tempus istud offerretur, ideoque nec lactis nec mellis copia esset, Sali adquiescere jussos esse, solo nempe ex priorum dierum oblationibus superstite. Quamvis toto isto, sacramento, sacramentive nescio quo simulacro Catechumeni, nullo suo damno, forsitan carere potuerant.

VII. Ceterum, uti sacrâ Cænâ, ita Baptismi quoque solennibus submovebantur Catechumeni, quæ demum tingendi primum videbant. Spectasse huc puto Basiliū M. qui Catechumenum in accipiendo Baptismo moras nectentem ad saniora consilia versurus, ad Basiliū inter alia, ponendæ tam periculose cunctationi idonea, *Num non, E.* quærerit, tanti muneric rem videre desideras? quomodo videlicet absque matre regeneretur homo? &c. In-

de Bapt. Innuere id videtur Augustinus,  
 cont. qui mota de Baptismo quæstione,  
 Donat. ab eo collata, qui ipse nondum  
 Lib. VII. ablutus esset, ne inter absurdæ, &  
 c. 53. quæ contingere non possent, id ha-  
 beretur, cum non initiato forma-  
 ejus atque ritus, nunquam quippe  
 visi, noti esse haud queant, ita ca-  
 sui locum esse monet, Si forte hoc  
 curiositate aliqua didicit, quomodo  
 dandum sit; Curiosum esse opor-  
 tere hominem significans, qui ipse  
 nondum baptismo lotus ceremo-  
 nias ejus ita novisset, ut imitari  
 posset. Et verò repertos aliquan-  
 do, qui talia noscendi libidine no-  
 men inter Baptismi Candidatos  
 profiterentur, Cyrillus indicat, qui  
 Proca. pach. subpr. Catechumenos suos ad Sacramen-  
 tum id adspirantes, ne tanto my-  
 sterio falsi animoque haud sincero  
 accederent, admonens, inter alia,  
 Ne quis vestrum, advertit, hoc dicti-  
 gens ingrediatur; Sine videamus,  
 quid

quid agant Fideles: ingressus videbo, & discam ea quæ sunt. Visurum te proposueras, videri verò te non putabas? Et existimas te quidem ea, quæ sunt apud Fideles, penitus perscrutari, Deum autem corratum non perscrutari? &c. Et paulo interius: Nullus sit inter vos simulacrum, nulla hujus rei curiositas; nisi forte hæc de audiendis Competentium Catechesibus, non de ipsa Baptismi tinctione intelligas. De quo, quicquid sit, istud interim certum, Baptismi adspectu non nisi istos frui solitos, qui aut tingendi aut tincti jam fuerant. Hinc Petilianus Donatista, tanquam irreligiousum Orthodoxis objiciente, quod de Baptismo publicis scriptis tractarent, ita impactam culpam à suis amolitur Augustinus, *August.* ut coram non initiatis mysterium *de uno* istud celebrari, non tamen de eo *Bapt.* utcunque loqui, nefas esse innuat. *cont.* *Petil.*

E

Ipsam

6. 4. 4.

**Chry-** Ipsam tamen initiationis formu-  
**soft.** lam arcanè habitam Chrysostomus  
**Epist.** in indicat, verba videlicet, ut ipse lo-  
**ad Ga-** quitur, Dei, quæ norunt Fideles, in  
**lat. IV.** aquæ lauacro per Sacerdotem pro-  
**28.** nunciata.

VIII. Et verò, tantum aberat, ut interesse hisce mysteriis homini-  
 bus illis liceret, ut vix auribus ista,  
 & si quæ alia altioris sensùs essent  
 dogmata usurpandi copia esset, se-  
 dulò carentibus temporum isto-  
 rum Doctoribus, ne ultra non ini-  
 tiatis, ac ipsis opus putabant, talia  
**Orig. in** vulgarentur. Respexit huc Orige-  
**Epist.** nes, qui varias legis apud Paulum  
**ad Rom.** significaciones ostendens expli-  
**ad C.** cansque, eo proposito Apostolum  
**VII. 6.** 7. Lib. obscuritati studuisse arbitriatur, ne  
**S.p. 554** ea quæ inspirata divinitus prolocutus,  
 impolitis hominibus, & minus ad-  
 hac vel fidei vel studii deferentibus  
 in propatulo ponerentur. Quibus  
 verbis, quamquam aliquos quoque  
 de-

designasse Origenem, haud dubium sit, percipiendis sublimioribus cœlestis doctrinæ mysteriis pariter aut magis inidoneos, simul tamen etiam Catechumenos comprehendi, non facile ambiget usus istius ævi gnarus. Idque alibi apertius, ad Cap.  
XI. vers.  
75. Lib.  
8.p.599 idem denotare videtur, qui in exponendo ejusdem Apostoli de Judentorum abdicatione, iisque ad meliora aliquando vertendis mysterio versans, Meminisse, inter alia adnotat, debemus, quod presentem locum Apostolus quasi mysterium habere voluit, quo scilicet hujusmodi sensus Fideles quoque & perfecti intrasem et ipsos velut mysterium DEI silentio tegant, nec palam imperfetis & minus capacibus proferant. Ubi Fideles atque Perfectos, quibus solis talium notitiam credi vult, imperfectis atque minus capacibus ita opponit, uti Catechumenos Fidelibus oppositos, tantis

E 2                   jam

jam documentis ostendimus.  
 Quem in sensum, nî fallor, etiam  
 alio loco eadem cautione ut utan-  
 tur, alios monens, postquam de ge-  
 mitibus ineffabilibus quædam di-  
 xisset, quibus vicem nostram Spi-  
 ritum S. apud Patrem explere, A-  
 ad cap. postolus prædicat, *Qui autem, sub-*  
*VIII. v.* *jicit, spiritualis est, examinet omnia,*  
 26. Lib. *& si quid his altius investigare po-*  
 7. p. 570 *tuerit, habeat apud se; Fidelis enim*  
*spiritu celat negotia.* Disertius ad  
 nostrum institutum Gregorius  
 Nazianzenus, qui postquam Cate-  
 chumenum in religione Christia-  
 na, quantum conditio ejus ferret,  
 subfin. instituisset, *Ἐχεις, subjicit, τὰ*  
*μυστηρίας τὰ ἐνφορεῖ καὶ τὰς τῶν*  
*πολλῶν ἀκοδις οὐ πόρρηται. Τὰ ἔ-*  
*αλλα ἐισω μαθήτη, τῆς τελείᾳς*  
*χαριζομένης, αἷς κρύψεις ωδῆς*  
*σεαυτῷ σφεργύδι κεατγένεα.*  
*Habes, quæ de mysterio foras expor-*  
*tare*

stare atque ad vulgi aures efferre licet. Cetera intus, Trinitate juvante, addisces, quæ etiam ipsa apud te ipsum occulta clausaque habebis, Baptismo obsignata atque retenta.

Chysostomus Fideliū pro Catechumenis precationem recitans explicansque, quæ inter alia aures cordium illorum patefieri rogabant, precum istarum rationem redditurus. Nondum, ait, audierunt mysteria, quæ fas non est efferre, sed utcunque procul & eminus stant. Nam verò ut audiant, non percipiunt tamen, quæ dicuntur, quòdea multam desiderent intelligentiam, nec satis est ut audiantur --- Quemadmodum enim Prophetæ secus audiunt quām vulgus, sic & Fideles alter audiunt, quām Catechumeni. Parum abest, quin eodem Catechumenos ac quoscunque Infidelium gradu collocet, haud majora pluraye istis committenda censens,

E 3      quām

in 2. ad  
Cor. 1.  
Hemil.  
2. Mor.  
rat.

quām horum quibuslibet audire  
*in Psal.* licitum foret. Atque idem alibi,  
**CXL.** *Hoc est membrum (linguam innuit)*  
*(141.)* **Serf. 3.** *per quod in primis reverendum sum-*  
*ma veneratione dignum sacrificium*  
*fuscipimus. Sciant fideles, quod dici-*  
*Ambro-* *tur. Eamque ad formam Ambro-*  
*de his,* sius Neophytorum, modò à Baptismo  
*qui my-* *venientes, liberalius jam Fidei*  
*ster. i-* *Christianæ doctrinâ, de Sacramen-*  
*mis. c. 1.* *tis præsertim Ecclesiæ, imbuiturus,*  
*Nunc,* ait, *de mysteriis dicere tempus*  
*admonet, atque ipsam Sacramento-*  
*rum rationem edere, quam ante Ba-*  
*ptismum si putassemus insinuandam*  
*nondum initiatis, prodiisse potius*  
*quam edidisse estimaremur. Idem*  
*in animo habuit Augustinus loco*  
*supra allato, ubi Servatoris apud*  
*De Verb.* *Joannem de salutari corporis san-*  
*Dom.* *guinisque sui eſu potuque ad æter-*  
*gym. 4.* *nam usque vitam, si dignè vefca-*  
*sub-* *princ.* *ris, evalituro, sermonem tractans,*  
*icit Inpr.* *quanquam præsentibus etiam Ca-*  
*§ 6.* *cechu-*

techumenis verba haberet, ita tam  
men à Fidelibus hos sejungit, ut  
præter verba, sensus quantum ad  
ipsos, ferè vacua, nihil ad eos per-  
venisse, velut suggillans, istoque  
stimulo ad capessendum Baptismum  
validius impulsurus, ipse significet.  
Cui geminum, quod Idem alibi,  
pari occasione, injecta nimirum de  
corpo & sanguine Christi in S.  
Cænamentione, Agnoscant Fideles,  
adjicit, Audientes autem quid aliud de Verb.  
quam qui audiunt? inutilem nempe Syllabarum strepitum sententia re-  
rumque, quantum ad istos, inanem.  
Perinde ac si quis Sacrorum Eleu-  
finorum, Isiacorum, & si quæ alia  
apud Gentiles similis supersticio-  
nis, pari arcano habebantur, inex-  
peritus, aut ut honestiori exemplo  
rem declaremus, Paschalium Ju-  
daicorum ignarus, earum fortè  
mentione facta, esse quidem facile  
cogitaret, quæ tali nomine appella-

E 4      ren-

Cyrill.  
Prola-  
beib.

rentur, nullo tamen ad id profectu,  
ut quæ eorum ratio, quis modus,  
quæ ceremoniæ, nosset. Ita & Ca-  
techumenos, Sacra menta quædam  
in Ecclesia celebrari, latere haud  
poterat, inter Christianos atque  
publicis in cœtibus versantes; quæ  
aut qualia essent, accuratius scire,  
ipsis illicitum. Egregiè hanc in-  
rem Cyrilus Hierosolymitanus,  
Baptizatos modò seu Baptismo po-  
tius proximos, velut accepto jam  
honore, cui designati, ad agnoscen-  
dam tantæ dignitatis præstantiam  
utilitatemque attollens: Jam ab  
bodierna die vitam agens, considera,  
quantam tibi Jesus dignitatem con-  
tulerit: Catechumenus vocabaris,  
foris subsistens; audiebas spem & ne-  
sciebas: audiebas mysteria, & non  
intelligebas; audiebas scripturas,  
& profunda illarum ignorabas: Nunc  
verò non amplius foris sed intus so-  
nas, (hoc est, jam non amplius su-  
per-

perficie tenus discis, vocem exterio-  
rem hominis audiens : sed intus et-  
iam spiritu sancto doceris.) --- Cùm  
audieris ea, quæ de mysteriis sunt  
scripta, tum intelliges, quæ nescie-  
bas. Inde post alia, quibus no-  
vum Christianum informat, præ-  
cepta, etiam istud de mysteriis Ca-  
techumenis non temere aut pro-  
miscuè effutiendis inculcans, Cùm  
autem, monet, Catechesis recitatur,  
si Catechumenus ex te quæsierit, quid  
dicebant Doctores ? nihil dicas ex-  
tra : Mysteria enim tibi & spem fu-  
turi seculi tradidimus. Custodi hoc  
mysterium Retributori &c. Atque  
alibi ostendens, quatenus hac in  
re Catechumenus Gentili potior  
habeatur, Hæc mysteria, inquit, quæ  
nunc Ecclesiæ tibi narrat Catechume-  
no ; non est mos, Ethnicis enarrare.  
Nec enim Ethnico mysteria de Patre  
Filio, & Spiritu Sancto declaramus :  
quin & Catechumenis non adeo aper-

te dicimus mysteria; sed sape ob-  
scarius dicimus. Largius cum eo  
agi indicat, si cum Gentili conten-  
das, at non ea liberalitate, ut Fide-  
libus æquetur, inter Fidelem scilicet  
atque Gentilem medius. Et  
singulare sollicitudinis in hanc  
rem suæ specimen edidit Cytillus,  
in fronte Catechesum suarum gra-  
viter hunc in modum edicens:

*ad Le-  
ter.* Catecheses istas illuminatorum, ac-  
cedentibus quidem ad Baptismum,  
& his qui hoc lavacrum habent, jam  
Fidelibus legendas exhibeas: Cate-  
chumenis vero, & aliis, qui non sunt  
Christiani, ne dederis: alioquin redi-  
diturus es Domino rationem. Qua-  
de causa etiam creditam istis do-  
ctrinam fidei studiose recolere ju-  
bens, id fieri debere monet, non in  
chartas inscribendo, sed in memo-  
riam insculpendo, nec ubi Catechu-  
menus ea, quæ ipsis tradita sint, au-  
diat. Pertinet huc inscriptio Tra-  
*Catech.  
s. sub  
ſn.* &ae

status sive Sermonis secundi, à Gaudentio Brixiensi, habiti <sup>Gaud.</sup> re-  
gressis (ea in verba inscriptio con- <sup>Brix.</sup>  
cepta est,) è fonte Neophytis: de <sup>Serm. 2.</sup>  
natione Sacramentorum, quæ Cate- <sup>Bibl. P.</sup>  
chumenos audire non congruit, quo <sup>P. Tom.</sup>  
Paschatis Israëlitici sacramenta tra- <sup>221. E.</sup>  
diturus, reje<sup>c</sup>tis quibusdam atque  
in diem sequentem se positis, latius  
tum curatiusque tractandis, Mo-  
do autem, subjicit, ea solum de ipsa  
lectione carpenda sunt, quæ præsen-  
tibus Catechumenis explanari non  
possunt; & necessario tamen sunt a-  
perienda Neophytis.

IX. Et verò causas rationesque  
suas habebant, aut habere se arbi-  
trabantur seculorum istorum Do-  
ctores, suæ hujus in celandis divi-  
nis dogmatibus cautionis, aut in  
promendis parsimoniae. Consu-  
lendum in primis videbatur audi-  
torum imbecillitati, neque oneran-  
dos nimio pondere, qui vix levio-

ri sufficiebant. Per gradus scilicet ad scientiam rerum divinarum ascendendū existimabant, qui commodissimus etiam in humanis disciplinis tradendis, atque ipsius naturæ ordo est; & lacte ex Apostoli præcepto nutriendos, quibus nondum id stomachi robur, ut solidiorem cibum ferre possent. Sumpeditat hanc rei istius rationem.

**Contra** Origenes, *Quicquid*, inquiens, ha-  
Cels. bemus egregium atque divinum, tum  
**Lib. III.** demum, in popularibus sermonibus  
**n. 14.** promimus in medium, cum præstò est  
auditornm cordatorum copia: alio-  
quin profundiores sensus celamus, &  
silentio præterimus in catu eorum,  
qui opus habent lacte. Placuit ea-

**Chry-** dem Chysostomo, qui causam red-  
soft. in diturus, cur Januis clausis myste-  
**Matth.** ria celebrari s'everint, iis qui non-  
**XXIV.** dum initiati, decedere jussis, id fie-  
**p. 236.** ri ait, ἐγκαίδειον αὐτές εἰσαν κατέγνω-

μέν

μέν τῶν πελεμάρων, ἀλλ' εἰπειδή  
ἀπέλεστον οἱ πολλοὶ πρός αὐτὰ ἐν  
διάκεντα. Non quia infirmitatem  
mysteriorum aliquam deprehendi-  
mus, sed quia ad participationem eo-  
rum illi adhuc, quos arcemus, infirmi  
sunt. Participationem, quæ oculis  
auribusve contingit, non quæ ore,  
intelligens; quam nondum bapti-  
zatis, quocunq; doctrinæ morum-  
ve profectu præstantibus ulla ratio-  
ne concedi, nefarium foret. Ita  
Idem etiam Christum observat  
quamquam in templo atque publi-  
cè plerunque docentem, seorsum  
aliquando discipulis locutum esse,  
εἰπε τὴν τῶν πολλῶν ἀναγόσθεν τὸ  
λεγόμενα ἦν, Cum scilicet altiora, <sup>in Joane</sup>  
quam quæ multitudine capere posset, <sup>bomil.</sup>  
loquebatur. Eoque, ut videtur, re- <sup>82. p.</sup>  
spexit Scriptor Hierarchiæ Eccle- <sup>522.</sup>  
siaisticæ, qui Baptismi mysteria e- <sup>cb. Ec-</sup>  
narraturus, καὶ μοι præfatur, <sup>fun-</sup> <sup>cles. c. 2.</sup>  
p. 90

deis atēles⁹ ἐπὶ τὴν θέαν ἱετω⁹  
πο⁹ γρὶς δὲ τοῖς ἡλιοτέκνοις ἀνγαῖς  
εἰ αὐθεότι κόραις αὐτωπεῖν ἀκί-  
δυνον. γέδε τοῖς υπερημάσ ἐγχειρεῖν,  
αἴθλαβος. Et mihi nemo prophanus,  
(sacris scilicet non initiatus,) abstre-  
pat, nullus, qui rudimentis cœlesti-  
bus careat, pergit ad videndum.  
Nam neque infirmis pupillis adver-  
sam solaribus radiis aciem intende-  
re: itane nobis quidem ea, quæ su-  
pranos sunt, tentare velle innocuum  
fuerit.

X. Et verò hinc periculum erat,  
aut fore credebatur, nevel errori,  
vel irrisui calumniæve occasionem  
materiamque talia præberent, si in-  
animos pravos, aut saltem non-  
dum præparatos subactosve inci-  
dissent, indamnum horum religio-  
nisque ludibrium cessura, quæ  
apud capaces salutem his, sive  
venerationem præstitterent, Injicit  
istum

istum metum Catechumeno suo in  
Baptismi jam foribus stanti Cyril-  
lus, sollicitus, ne is tribulium pre-  
cibus ad communicanda credita-  
sibi mysteria sese moveri pateretur.  
Nec, præcipiens, unquam dicentem  
aliquem audi: Quid obest, si & ego  
didicero. Etiam agroti vinum  
quandoque postulant, quod si intem-  
pestivè illis detur, phrenesim conci-  
liat: & duo hinc nascuntur mala,  
nam & æger interit, & medicus ma-  
lè audit. Sic & Catechumenus si  
audiat mysteria à Fideli, phrenesim  
patitur, nescit enim quid audiverit,  
& tamen arguit rem ignotam, dicta-  
que irridet: Fidelis verò tanquam  
proditor condemnatur. Jam ergo  
tu infinibus nostris constitutus, cave  
ne quid effutias: non quod digna  
non sint narratione ea, quæ ibi dicun-  
tur, sed quod indignus est ille, audi-  
re, cui referres. Fueras & tu ali-  
quando Catechumenus: neque ta-

Cyrill.  
Catech.  
6. Illum.  
col. 94.

men

men proposita mysteria tibi enarrabantur. Quando autem sublimitatem eorum quæ nunc traduntur, experientiâ didiceris, tunc plane intelleges, dignos non esse Catechumenos, qui ea audiant. Idemq; eodem loco modum declarans, quo mentes infidelium adsplendorem Evangelii obcæcatae à Paulo dicantur, allatoque Christi exemplo populo per Parabolas tradentis, quæ Discipulis perspicua nullisque talium involucris operta communicabat, Christianæ doctrinæ mysteria Ethniciis (quantum nempe id fieri poterat,) clam haberi observat, Catechumenis autem aliqua quidem ex iis, sed non adeò apertè, sed plurimique obscurius, atque ita quidem dici, ut scientes Fideles intelligent, & qui nesciunt, non corruptant; id est, neque insciâ in deteriorius accipient, neque animi improbitate in calumpniæ materiem

tra-

trahant. Qua ratione etiam Origenes loco jam supra citato, eam curam uti Prophetis, ita & Paulo, horum prudentiam imitato, fuisse advertit, ne ea quæ inspirata divinitus ipsi prolocuti, impertis hominibus, & minus adhuc vel fidei vel studii habentibus in proposito exhiberentur, & pedibus velut proculcanda traderentur. Consideravit id Græcus Scholiastes in Ecclesiasticam, quæ Dionysii Arcopagitæ nomine circumfertur, Hierarchiam, præceptum istius, de Sanctis Sanctorum, sacerdotii nempe, quo de ibi agitur, functione, non effundendis ita interpretans:

*Orig. in  
Epist. ad  
Rom de  
Lib. 6.  
p. 554.*

*Schol. in Dio-  
nys. Ar-  
cop.  
Hier. Eccles.  
ad verb.  
in exop-  
chion  
nas πε.*

Ἐπαργυρωδῶς οὐκὶ ἀνδραῖος ποιήσεις πᾶς τοῖς ἀνεργίς καὶ Φανῆς γέλωτος ἀφορμὴν τὰς θεῖας καὶ μουσικά. Non ridiculè & irreverenter offendes omnibus profanis, qui ad occasionem risus divinas res & plen-

nas mysterii transferunt. Tetigit  
 ea sollicitudo Athanasium, crimen  
 de fracta sacra mensa atque calice  
 ipsius odio in Macarium ab Aria-  
 nis confictum, coram Ethnicis ju-  
 dicibus agitari eò acerbius tole-  
 tantem, arguentemque, quod nefas  
 esset, τὰ μυστήρια ἀμυνόμενοι της  
 πόλεως της γεωδείας, οὐαὶ μη ἔλληνες μέν ἀγνοῶντες  
 Φuga-  
 sua. p.  
 396. γελῶσαι, κατηχθέμενοι δὲ περίεργοι  
 γενέμενοι σκανδαλίζωνται; Mys-  
 teria non initiatis prodere, ne Gentiles  
 per imperitiam ea subsannent, aut  
 Catechumeni per curiositatem scan-  
 dalizentur. Ipsiisque Servatoris  
 edicto ea ratio niti videbatur, san-  
 eta porcis atque canibus objici at-  
 que conculkanda exponi vetan-  
 tis.

XI. Accendendo præterea ho-  
 rum desiderio, atque intendendæ  
 industriæ profuturum existima-  
 bant veteres, si parcus hac in re ii,  
 dum

dum in Catechuminatu degerent,  
tractarentur; ita habendi, ne aut  
penuria tabem, aut satietas fasti-  
dium pareret, ( quam obscuritatis *Augus.*,  
etiam in multis S. Scripturæ locis *To. III.*  
Patres suppeditant:) Ita *Augustin,* *de Do-*  
quòd Catechumenis Fidelium sa- *ctrin.*  
cra non prodantur, non ideo fieri *Cbrift.*  
ait, (quod quidem Chryſtostomum *Aib. II.*  
supra affirmantem audivimus,) *c. 6. Lib.*  
quòd ea ferre non possint, sed ut ab *IV. c. 6.*  
eis tanto ardenter concupiscantur, *de Trin.*  
quanto honorabilius occultantur. At- *Lib. XV.*  
que stimulo isto ad excitandos il- *ma Mē-*  
los, Baptismi aliquando negligen- *da. ad*  
tiores, Patres haud raro usos, ex *Cre-*  
iis, quæ supra allata, apparet. *sent. e.*  
*10. Tom.*

XII. Denique majestati id divi- *V. de C.*  
norum dogmatum conducere cen- *D. Lib.*  
sebant, si secreta haberentur; eo *XI c. 19*  
mortaliū ingenio, ut vilia putent, *Chrys.*  
quæ passim obvia; pulchra ex ad- *in Jo.*  
*Homil.*

ver. 23 p 124

*Homil. 58. p. 299. in Gen XII. 7 Homil. 32. subpr.*  
*Angustin. in Ēvangel. Joann. Tract. 96.*

verso & magnifica, quibus pretium  
caritas facit. Hanc causam mente  
voluisse videtur Auctor Hierar-  
chiæ Ecclesiasticæ, cum Sacerdota-  
lis officii mysteria expositurus,

*Hier.* ἀλλὰ Timotheum, cui scripsisse  
*Eccles.* videri vult, monet, ὅταν ὁ πάτερ γένεται  
*c. i. sub* πρίν. ἐξορχήσῃ τὰ ἀγία τῶν ἀγίων. εὐ-  
λαβηθήτη καὶ τὰ τέλη καρφίας θεῖ  
ταῖς νοεραῖς καὶ αἰσθάνεις γνώσεστο-  
μήσεις. αἰνεῖται μὲν αὐτὰ καὶ  
αἴχμαις τοῖς ἀπελέσοις Διατηρῶν.  
Ιεροῖς μόνοις τῶν ιερῶν μεθ' ιερᾶς  
ἔλλακτης ιεροπεπτῶς κεινοντων.  
Sed observa diligentius, ne sancta  
Sanctorum efferas, nec prophanis lu-  
minibus violanda permittas. Verum  
revereberis magis, occultique Dei  
mysteria spiritualibus invisibilibusque  
notionibus honorabis, atque inteme-  
rata seruabis: nequaquam ea passim  
rudibus tradens sed sanctis solis san-  
ctarum rerum intelligentias sacratus

pan-

pandens. Quararione etiam Remigius Antisiodorensis eam in Ecclesia consuetudinem obtinuisse dicit, ut Obscratio Missæ tacitè à Sacerdote pronunciaretur, ne verba rām sacra & ad tantum mysterium usq. D. pertinentia vilescerent.

de Cele-  
brat.

Miss.

Bibl. P.

P. Tom.

6. col.

usq. 8. D.

XIII. Quin & indigni aliquando habitū Catechumeni, quibus præsentibus Evangelia recitarentur. Est inter Decreta Concilii Arausicani primi, Anno Christi CCCXL. aut XLIV. habitū, Can. 18. Ca. non duplicitis, & quidem contrariæ lectionis. Unâ Placuit, Catechu- menis non legi Evangelia in Ecclesia. Exerc. Altera hæc in verba concepta est; 31 p. 539. Evangelia placuit deinceps legi apud omnes Provinciarum nostrarum Ecclesias. Quamcunque deligas, id puto efficietur, ut Catechumenos Evangelii audiendis aut arcuerint Concilii istius Patres, aut prohibitos hactenus, in posterum admittent-

lior To.

III. Pe-

riod. 3.

Peric. 5.

Exerc.

tendos decreverint. Ita aliquando iis caruisse, necessum erit. Quanquam, ut verum fateamur, unius tantum alteriusve Ecclesiæ id fortè institutum fuisse, ex Homiliis sive Sermonibus ab Origene, Augustino, Chrysostomo, aliisque ad populum habitis appareat, quibus etiam Catechumenos interfuisse, non uno earum loco, si operæ pretium foret, ostendere atque confirmare liceret. Neque puto vestigium deprehendi alicujus moris, quo Catechumeni prius, quam ante celebrationem mysteriorum, atque adeò ante lectionem Evangelicorum Ecclesiâ discedere jussi sint. In contrarium potius Cyril. Catech. 6. col. 94. A. Cyrillus Hierosolymitanus, seculi quarti scriptor, cautè observans, Paulum de caligine loquentem, quæ ex Evangelio Infidelibus obviatur, non dixisse, cogitationes eorum ideo excœcatas esse, ut ne

audirent Evangelium, sed ut non in-  
tuerentur splendorem Evangelii, id-  
ipso rei usq; comprobaturus: Au-  
dire enim, adjicit, Evangelium o-  
mnibus licet, gloria autem Evangelii  
solis Christi germanis definitur &  
aperitur. Cui suffragatur ista, cu-  
jus supra partem decerptam attuli-  
mus, Inscriptio Tractatus secundi  
Gaudentii de ratione Sacmento-  
rum, quæ Catechumenos audire non  
congruit; licet ( hæc postrema istius  
Inscriptionis verba sunt, ) eadem  
scripta in Evangelii patere omnibus  
videantur. Ex ordine Liturgiæ S.  
Jacobi, diu ante, oracula sacra ve-  
teris Testamenti & Prophetarum, PP To.  
& Filii Dei Incarnatio, Passio, Re-  
surrectio, ex Evangelii leguntur, 4. 85.  
quam Catechumeni exire jubeantur.  
Pariter in Marci Liturgia,  
Diaconus ante missionem istorum B.  
Evangelium recitat. Quin etiam Confit.  
juxta Apostolorum ( modò ipso-  
rum Apost. in fin.

*Gaud.  
Rubric.  
Tmct 2.*

*Liturg.  
S. Jac.  
in Bibl.  
PP To.  
VI col.  
4. 85.  
col. 22.  
B junct.  
col. 23.  
B.*

rum forent,) Constitutiones, post  
 lectionem demum Legis, & Pro-  
 phetarum, atque Evangeliorum,  
 post habitum denique ab Episco-  
 po ad populum sermonem, Diaconus,  
 Ne quis Audientium, (ex Ca-  
 techumenorum scilicet ordine,) ne quis infidelium remaneat, edi-  
 Hierar- cit. Ex Dionysii Arcopagitæ de-  
 chia Ec- scriptione, post decantatos quo-  
 cles. c. 3. dam hymnos, Ministrorum officio  
 p. 21. sancta scripturarum Lectio suo ordi-  
 ne recitatur. Post hæc extra delu-  
 brum Catechumi fiunt. Quæ is  
 subjecta, ut vocat, Θεωρία sive  
 Speculatione repetens; τὰς δὲ  
 inquit, κατηχουμένας, ἀνεργούμενας  
 τε, καὶ τὰς εὐ μετανοοῦσας, ὅτις  
 αἱρεῖσθαι εἰσερχόμενος. Εἴ φίησι,  
 μὲν ἐπικυρῶσαι τῆς Φαλμοῦ ιερο-  
 λογίας καὶ τῆς ἀνθέτων πανιεροῦ  
 γραφῶν ἀναγνώσεως. Porro Cate-  
 chumenos & Energumenos, & eos,  
 quod

qui in pœnitentia sunt sacrosancta  
sacerdotalis institutio psalmodiam  
quidem piam, & divinam sacrarum  
scripturarum lectionem audire per-  
mittit, ad ea vero quæ deinceps in  
hostie salutaris oblatione geruntur,  
contuenda non-admittit. Insignis <sup>apud</sup>  
maxime hanc in rem est Valentiani <sup>Albae</sup>  
Concilii Canon, ut sacrosancta <sup>2. Obs.</sup>  
Evangelia, ante munerum illatio- <sup>29. n. 30.</sup>  
nem, in Missa Catechumenorum, in <sup>& Not.</sup>  
ordine lectionum post Apostolum le- <sup>ad Con-</sup>  
gantur, quatenus salutaria præcepta raus.  
Domini nostri Iesu Christi, vel Ser- <sup>Can. 18.</sup>  
monem Sacerdotis, non solum fideles, <sup>p. 394.</sup>  
sed etiam Catechumeni -- audire li-  
citum habeant. Quibus antiquam Steph.  
potius consuetudinem firmari, Eduens.  
quam novum quid induci, ex ante <sup>de Sacr.</sup>  
dictis vero similius est. Quam in <sup>Altar.</sup>  
rem etiam Stephanus Eduensis E- <sup>Lib. 1.c.</sup>  
piscopus testatur, primitivam Ec- <sup>Bibl. P.</sup>  
clesiam usque ad Evangelium Ca- <sup>P. d. T. o.</sup>  
techumenos recepisse, post Evan- <sup>6.</sup>

d. To. 6. gelium exire jussos. Atque idem  
col. 73. etiam in Aethiopum Missa serua-  
E. tum.

**Can. A-** XIV. Istud præterea observan-  
post. 10. dum, ne orationis quidem precum:  
**Car-** que communionem Catechumenis  
tag. cum Fidelibus integrum plenam-  
**Concil.** que fuisse. Notum rerum Eccle-  
s. Can. sisticarum peritis, quam cautè hac  
73. Con- cil. To. quoque in re egerint seculorum.  
3. Peri- istorum Christiani, ne vel precibus  
ed. 2. Pe- vel quacunque ratione aut consor-  
tio. 4. Diatr. tii specie promembris Civibusque  
136. p. habere viderentur, qui aut Jure  
387. Civitatis Ecclesiasticæ criminibus  
Constit. suis excidissent, aut eo nondum  
Apost. potiti essent. Ita cum Ex commu-  
VII. 29. nicato orare, uti credere fas est,  
III. 35. Can. Apostoli, & Carthaginensis Con-  
Apost. cilii Patres; cum heretico aut Schi-  
46 Con- smatico, iidem atque ante hos Lao-  
cil. Car di-  
tag.  
Can. 72 p. 387. Concil. Laud. Can. 45. d. Peric.  
Dian. 107. p. 484. add. Concil. Antioch. Can. 2.  
Phot. Nonn. Can. Tit. III, c. 15.

diceni prohibuere; & ipsos communione ejiciendos minitantes, ni profana precum societate abstinerent: Atq; antiquissimi id instituti esse, Origenis exemplo probatur, qui patre martyrio absumpto, bonisque in fiscum Imperatoris relatis, fœminæ cujusdam hospitio Alexandriæ exceptus sustentatusque, cùm ibi in Paulum quendam incidisset, hominem facundum, mulierisque ex adoptione filium, at hæresi infectum, quanquam fati quadam necessitate ad tam ingratum consortium compulsus, atque multis non hæreticorum modò sed & orthodoxorum, ob dicendi, qua iuste pollebat, facultatem ad illum confluentibus, ipse tamen nunquam adduci potuit, ut precibus una cum illo interesset, Φυλακῶν ἐπιπαιδὸς κανόνα ἐκκλησίας; Quippe qui ab ineunte ætate Ecclesia regulam obnixè servasset, ut hæc re-

censens Eusebius adjicit, qui facto  
 H. E. hoc Origenem edidisse περὶ τὴν  
 Lib. VI. πίστιν ὁρθοδοξίας ἐναργῆ δείγματα.  
 c. 2. E- dit. Va. Suæ in retinenda vera fide constantie  
 les. c. 4. specimen illustrissimum, prædicat.  
 Can. Quin & Clericus, Apostolico ca-  
 Apost. none, gradu dejectus, si quis cum  
 XI. Clerico, ordine moto, ut Clerico,  
 preces miscuit. Quod quidem  
 posterius uti speciali causâ niti  
 non inficiamur, ita nec exercitæ in  
 ceteros quoque austерitatis ratio  
 decrat. Irreligiosum videlicet vi-  
 debatur, oratione ei sociari, quem  
 sive doctrinæ pravitate, sive nequi-  
 tiâ morum Ecclesiâ pulsum vitari  
 ipse Apostolus præceperat; neque  
 tūtò Deum cum iis adiri haud im-  
 merito existimabant, quos invisos  
 ipsi exosque credere parerat.  
 Alia Catechumenorum considera-  
 tio, precum ut puto, societate non  
 ideo exclusorum, quod adeò Nu-  
 mi-

mini ingratos arbitrarentur, sed ex-  
tollendæ Ecclesiasticæ communio-  
nis dignitati, augendoq; ejus in illis  
desiderio, præsertim verò, quòd re-  
ctâ de Deo doctrinâ imbuendi pri-  
essent, quâm Ecclesiæ solenni ora-  
tione jungerentur. Atque hinc  
istam quoque Disciplinæ partem  
in hæreticis reprehendit Tertullia-  
nus, apud quos Catechumeni cum  
Fidelibus pariter adeant, pariter  
audiant, pariter orent, ut quis Ca-  
techumenus, quis ipsorum censu  
fidelis, incertum esset.

*de Prae-  
scripta.  
advers.  
heret.  
c. 41.*

XV. Quin, ne id quidem Catechu-  
menis datum fuisse ut Orationem  
Dominicam recitarent, jam ante  
nos Albaspinæus observavit, non  
adeò invalidis argumentis id asse-  
rens atque confirmans. Movetur is,  
ut allata ab ipso Patrum testimonia  
omittamus, quod preces hæ Cœnæ  
dominicæ adhibitæ fuerint, à qua  
Catechumeni semoti tenebantur;

F 3      quòd

*1. Obs.  
19 n. 4.  
9.*

quòd panis quotidiani vocabulo Eucharistiam designari veteres statuerint, quam Catechumeni sibi poscere nequierant; quòd cum brevi ante Baptismum tempore,

*de Ec-* (quartâ feriâ quartæ Hebdomadæ  
*clef. of-* Quadragesimalis id aliquando fa-  
*fic. Lib.* ctim docet Amalarius Fortunat⁹,) *1.c.8.*  
 didicerint, cùm Baptismo induerentur, reddendam, denique, quod Albaspinæo primum, & ni fallor, potissimum est, quòd indignum atque incongruū judicaretur, Patris nomine Deum ab iis compellari, qui salutaribus aquis nondum regenerati, neque à Diabolo manu missi, ad huc inter Filios tenebrarum recenserentur; de Patre Deo falsò gloriaturi, antequam in familiam ejus solenni formulâ rituque *ad Ritib.* adoptionis transiissent. Et juvari *Bapt.* hæc suspicio videtur, ex Libro, *Bibl.* quem Severus Alexandrinus Pa-*PP. To.* triarcha de *Ritibus Baptismi* com-*VI. col.* po-*ss.*

posuisse perhibetur, quo Sacerdos,  
peractis jam Baptismi solennibus,  
Neophytorum salutem inter alia  
hisce verbis Deo commendat;  
*Dignos eos effice, -- ut nos & ipsi*  
*uno consensu audeamus invocare*  
*Deum cœlestem, Patrem omnipoten-*  
*tem, ac precemur & dicamus: Pater*  
*noster, qui es in cœlis &c.* Ubi post  
susceptum demum Baptismum di-  
gni reddi posse videntur, qui inter  
filios Ecclesiæ arrogati Deum Pa-  
tris vocabulo salutarent, atque ad-  
eò eam pronunciarent orationem,  
quæ, ut Walafridi Strabi verbis <sup>de Re Br.</sup>  
utamur, eam fiduciam prædicat, qua <sup>Ecclesi.</sup>  
<sup>c. 22.</sup>  
*Dominum Creatorem Patrem dicere*  
*præsumamus.* Quò etiam referri <sup>Constit.</sup>  
potest, quòd Constitutionibus, ut *I. Apost.*  
vocantur, Apostolicis; ab eo, qui *III. 18.*  
Baptizatur, inter alia requiritur, *ut sit*  
*filius Dei, orans tanquam filius Pa-*  
*trem, ei dicens, uti à communi fide-*  
*lium conventu, in hunc modum: Pa-*

ter noster, quies in' cælis &c. Ubi  
 cum Fidelibus in baptismo demum  
 precibus hisce aggregandus innui-  
 tur. Eique convenienter, jam jam  
 baptizatus orationem dicere, iis-  
 VII.44. dem, quas diximus, Constitutio-  
 nibus, jubetur, quam nos docuit  
 Dominus. Neque adeò hoc mira-  
 bitur, qui consideraverit, quanto  
 pietatis paratu in Eucharistia cele-  
 branda Fideles annisi sint, quo,  
 Expos. observante Cabasila, tanquam jam  
 Liturg. perfecti, & divinæ adoptionis ca-  
 g.35. paces digni haberentur, cum Deo  
 orationem illam liberè facere, in qua  
 audemus ipsum Patrem vocare. Ne-  
 Catech. que enim, ut hoc Cyrilli isthuc ac-  
 J. Illum. commodemus, eo, quod naturâ ex  
 add. eo qui est in cælis, progeniti essemus,  
 Flor. Expos. Patrem ipsum vocamus; sed quod  
 Mess. ex servitute paterna in adoptionem  
 Bibl. P. filiorum per Jesum in Sancto Spiritu  
 P. Tom. translatis sumus, ineffabili humani-  
 fl. col. tate hoc dicere digni habiti sumus.  
 275. Quæ

Quæ verò eorum fiducia, quod Ius  
Patrem appellandi, ante adoptio-  
nem Baptismi lege peragendam,,  
qua demùm iu nomen filiorum  
Dei atque jura adsciscimur? Omnes  
quippe natum quidē (prima videli- Hieron.  
cet creatione) filii Dei sumus, sed no- Com-  
stro officio alieni efficimur, quo vitio ment.in  
salutari demum aquā expurgati in  
familiam tanti patris recipimus, Greg.  
Filii enim illius, uti scitè Gregorius Nyssen.  
Nyssenus, post gratiam vocamur; Bapt.  
per lavacrum regenerationis, ut ele- p. 262.  
ganter Chysoftomus, hoc honoris Chrys.  
adepti: Haud quaque enim, uti in Epist.  
iterūm Chysoftomus, potuissemus ad Ga-  
illum appellare Patrem, nisi prius in d e-  
facti fuissemus filii. Quam in sen- pist. IV,  
tentiam etiam Venantius, Congruè 6.  
Pater noster (in oratione Dominica Venant.  
vocatur,) quia homo renascendo homil.  
per baptismum effectus est Dei filius, domin.  
qui per prævaricationem factus fue- Bibl. P.  
rat inimicus & perditus: ergo cujus P. Tom.  
820

gratiā fruitur , jam Patrem liberē profitetur. Imò apertè adeò , ut multis argumentis conjecturisve nihil, opus sit, id ostendit laudatus modò sèpiusque laudandus Chrysostomus , qui Christianorum præ Judaico populo prærogativas recensens, atque inter eas adoptio-  
nis Jura meritò collocans , in quæ adsumti dulci Patris nomine  
*in Epist. Deum adfari liceat , Istud autem,*  
*ad Rom. inquit, quantum sit, benè norunt ini-*  
*serm.*  
*XIV. ad tiati, qui primū ante omnia in my-*  
*e.8. Vers. sticis precibus hoc verbum dicere jussi*  
*15. sunt. Clare satis significans, Ca-*  
*techumenis id haud concessum,,*  
*ut Patris vocabulo Deum saluta-*  
*rent, primam hanc, uti ibidem mox*  
*subjicit, vocem post admirabiles*  
*illas parturitiones, novamque & stu-*  
*pendam (in Baptismo scilicet) eni-*  
*tendi legem emittere soliti. Eoqué*  
*& illud ejusdem, nisi vehementer*  
*fallor, pertinet, quòd Fideles ad pre-*  
*ces*

ces proCatechumenis instanter co-  
 hortans. Non enim, ait, habent preca-  
 tionem legitimam, atque à Christo  
 inductam, nondum orandi fiduciam  
 sortiti sunt &c. Idem alio loco; 697. A.  
 Si hoc fecerimus, ( inimicis conci-  
 liandis studeamus,) poterimus purā Homil.  
 conscientiā ad sanctam terribilem 27 sub-  
 que hanc mensam accedere, & verba fin.  
 illa quæ precationi inserta sunt, fide-  
 liter dicere. Sciunt initiati quid  
 dicatur. Iterum, Dicere enim: in Psal.  
 Pater noster, est eorum qui agunt CL. I.  
 gratias propter dona quæ acceperunt,  
 & ea omnia per hoc nomen osten-  
 dunt. Qui enim dixit patrem, con-  
 fessus est filiorum adoptionem. Qui  
 autem confessus est adoptionem: ju-  
 stitiam, sanctificationem, redemptio-  
 nem, peccatorum remissionem, suppe-  
 ditationem sancti Spiritus prædica-  
 vit. Oportet enim hæc omnia prius  
 extitisse, & nos filiorum adoptione  
 sic fruamur, & qui Patrem vocemus,

in Epist. digni habeamur. Denique: Po-  
 ad Co-<sup>6</sup>suit ipsum ( hominem novum s. ba-  
 buss. 2. ptizatum Deus ) non amplius ad cu-  
 homil.<sup>6</sup> stodiendum Paradisum, sed ad con-  
 sub fin. versandum in cœlo. Confestim enim  
 atque à baptismate regreditur, hæc  
 verba loquitur: Pater noster, qui es  
 in cœlis. Neque forsan obscurius  
 antiquior multum Chrysostomo  
 de orat. Cyprianus: Qui ergo credidit in  
 domin. nomine ejus, & factus est Dei filius,  
 hinc debet ( in oratione ) incipere,  
 ut & gratias agat, & profiteatur se  
 Dei filium, dum nominat patrem sibi  
 esse in cœlis Deum: contestatur quo-  
 que, inter prima statim nativitatis  
 suæ ( in baptismo ) verba, renun-  
 ciasse se terreno & carnali patri, &  
 patrem solum nosse se & habere, qui  
 sedul. Carm. sit in cœlis; Patrem, uti Sedulius,  
 lib. 1. de baptismate nostrum. Atque huc,  
 patern. nisi vehementer fallor, tendens Pe-  
 trus Laodicensis: Tunc demum se  
 Expos. Deus patrem nostrum dici vult, cum  
 in orat. Spi-

*Spiritus sanctus adveniens, Christi dominos  
adoptione dignatur. Quisquis Bibl. P.  
enim Deum patrem vocat, is purus P. Tom.  
à peccatis, hæresque regni cœlestis 6. Col.  
esse debet.*

497.  
498.

XVI. Ceterū ne privatim quidem Fideles cum Catechumenis, preces miscuisse, observare licet. Disertè id vetant Constitutiones, ut appellari amant, Apostolicæ, quibus postquam moniti Christiani privatim domi psallere, legere, orare, si forte obvium Infidelium publicè aut majori catu sacris hisce officiis vacare prohiberentur, Fidelis, additur, una cum Catechumeno nec domi oret, non enim est æquum, initiatum una cum eo, qui non est initatus, coquinari. Arausianii Concilii quodam canone statuitur, Catechumenos nonnunquam admittendos esse inter domesticas orationes. Ut raro id atque extra ordinem factum conjicias.

Constit.  
Apost.  
IIX. 40.  
ex Edit.  
Bob. c.  
35. ex  
Edit.  
Bix.

Can. 19.  
apud  
Hartm.  
Tom. III  
p. 539.

XVII. Eodem modo publicis  
pariter ac privatis benedictionib⁹  
causa horum dividebatur. Cano-  
nem, quem modo retulimus, Arau-  
sionensium Patrum alias proxime  
insequitur; duplice lectione, eun-  
dem utrinque in sensum. Una hæc  
est: *Segregandi, informandi*  
*sunt Catechumeni, ut se revocent, &*  
*signandos vel benedicendos semotim*  
*offerant eos fideles.* Altera: *Ad fi-*  
*delium benedictionem, etiam inter*  
*domesticas orationes, in quantum ca-*  
*veri potest, segregandi, informandi*  
*que sunt, ut se revocent.* *Ad signan-*  
*dos, vel benedicentes se semotè offe-*  
*rant.* Caveri volunt Arausicanii  
Patres, ne eādem cum Fidelibus  
benedictione Catechumeni poti-  
antur, recedere moniti, quando-  
isti acciperent; ac ut seorsum ab  
Episcopo petant, si qui illorum de-  
fiderio ejus tenerentur. Atque  
similem (similem, inquam, non  
eun-

Can. 20

eundem) in modum Patres Syno- *Responſ.*  
di Constantinopolitanæ à Mona- *syn.*  
chis quibusdam consulti, respon- *Confā-  
dēre, prout quisque delinquendo tinop.*  
meruisset, privari benedictione, quæ *ad Qu.*  
*datur in Ecclesia.* Ubi Balsamon *PP. To.*  
advertit, Benedictiones Ecclesia- *6. col.*  
ſticas esse omnia quæ fiunt vel dan- *624.*  
tur ab Episcopis, vel Sacerdotibus in  
Ecclesiis, ad preces & stabilimen-  
tum fidelis populi, quo Catechume-  
ni nondum continebantur. Quæ  
quidem altiorem disquisitionem  
mererentur, si id materia ratio fer-  
ret. Id notasse hic sufficit, uti ora-  
tiones, ita & benedictiones, ne pri-  
vatim quidem, (si hosce Canones  
intuearis,) communes sibi cum  
Catechumenis Fideles voluisse.

XVIII. Tanto hi intervallo ab  
iſtis, dum inter vivos degerent, se-  
parati, multo minus iis communi-  
cabant, quando morte intercepti,  
ſpem baptismi, quo solo ad Eccle-  
ſiam

siam iter patet, perdidissent. Hoc  
 ut proprius noscatur, sciendum, et  
 iam mortuis Fidelibus cum super-  
 stite Ecclesia aliquod Communio-  
 nis genus durasse, aut durare, ve-  
 teres arbitratos. Id tale erat, ut si  
 quæ defuncti nomine Ecclesiæ of-  
 ferrentur, eaque hæc accepta habe-  
 ret, ac tanquam jam sua Deo offer-  
 ret, recitato simul sive *oblatio* ut vo-  
 cabant, ejus *nomine*, qui offerri jus-  
 serat, is Ecclesiæ communicasse cen-  
 seretur, quæcumque dona atque  
 oblationes illorum respuere solita-  
 quos non sua communione digna-  
 ta esset. Atque ista communican-  
 di ratione etiam iis consultum, aut  
 28. *Tibi* consuli creditum, si qui Poeniten-  
*Albaß.* tium nondum peractâ legitimè so-  
 p. 307. lenni, quâ tum opus censebatur, si  
 qui gravius in crimen delapsi Deo  
 atque Ecclesiæ conciliari caperent,  
 paenitentiâ excessissent, quorum  
 oblationes (nisi alia obstant) re-

ciad

cipi oportere, non unitus Concilii p. Al.  
 Canone constitutum est. Et verò bap. 1.  
 eundem in modum etiam Cate- Obserb.  
 chumenis intra Catechumenatum 1. n. 6.  
 humanis rebus exemptis, Com- Obserb.  
 munionis beneficium obtigisse, 10. n. 4.  
 Albaspinæus non opinatur tan. 11. 4. 4.  
 tum, sed & planè asseverare audiet, Concil.  
 æquum existimans, non minori le- Kasens.  
 nitate indulgentiaque tractari, 1. Can.  
 quem baptismi suscipiendi avi- Hartm.  
 dum, eoque studia sua ac industrì. p. 396.  
 am conferentem, inter vota atque Met. 2.  
 conatus vita destituisset, ac qui ob Can. 12.  
 crima sua communione ejactus, p. 401.  
 eique recuperandæ intentus, quo Concil.  
 minus cupita adipisceretur, fato Epaun.  
 præventus esset. Et verò Alba- Can.  
 spinæo, homini eruditissimo, Anti- ult. p.  
 quitatisque ecclesiasticæ peritissi- 403.  
 mo, etiam absque testimoniis, quo Cartbi  
 rum nulla adfert, sibique in prom- 5. Can.  
 ptu esse ipse negat, facilius crede- 79. p.  
 remus, si non expresso quodam. 388.  
 Albaspo  
de Ob-  
serb. 10.

Ca- n. ult.

**Can. 16** Canone prohiberemur. Extat is  
**Tom. 3.** inter Decreta Bracarensis Conclii,  
**Period.** A. C. I<sup>o</sup>LXIII, habiti, quo diser-  
**3. Peric.** tē vetitum, ne *Catechumenis* sine re-  
**5. Diatr.** demptione *Baptismi* defunētis (non  
**21. p.** magis ac iis, qui sibi ipfis mortem  
**702.** intulissent, de quibus præcedente  
 proximē Canone agitur,) *oblatis*  
*sancta commemoratio impenda-*  
**Sever.** tur. Neque huic Albaspinai in  
**Alex.** Catechumenos benevolentia lo-  
**Ord. ob.** cus fuerat, si Severum Patriarcham  
**lat. My.** Alexandrinum audias, qui cūm  
**ster sub** monuisset; Non omnem qui de-  
**fin. Bibl.** functus sit, recordari mereri (ita  
**PP. To.** Severus,) inter propitiatorium, ut  
**6. col.** ad quos id beneficium pertineat,  
**60. B.** proprius noscas, *Mortui illi*, veluti  
 per regulam definit, qui comedérunt  
*corpus ejus, & biberunt ejus sangu-*  
**Miss. AE** *nem, bi sunt quorum aequum est men-*  
*Ethiop. d.* *tionem fieri inter propitiatorium.*  
**Tom. 6.** Ad quam etiam formam in Missa  
**col. 76.** *Ethiopum Populus, Miserere Do-*  
**D.** *mi-*

mine, precatur, animarum servorum tuorum, & ancillarum tuarum, qui manducarunt carnem tuam & biberunt sanguinem &c. Qua quidem precum formulâ Catechumenos uti commemorationis, ita Oblationis communione excludi, in aperto esse puto. Quanquam totâ id Ecclesiâ obtinuisse, affirmare nobis haud integrum sit. Suffecerit, opinioni nullis testimoniis suffulta expressa in contrarium documenta opposuisse, ex quibus pro adversa sententia si non certum argumentum, probabilis saltem conjectura ducatur. Id certè ex iis sufficeris, ne Albaspinæ quidem sententiam in Ecclesia aut ubique aut semper obtinuisse.